

Sermo

In die penthecostes. **E**pistola
Actuum .ii.

In diebus illis **D**um com-
plerentur dies penthecostes erant om-
nes discipuli in eodem loco. Et factus
est repente de celo sonus tanquam adue-
ntus spiritus vehemens. et repleuit
totam domum ubi erant sedentes.
Et apparuerunt illis dispersite lin-
gue tanquam ignis. Seditque super singu-
los eorum. Et repleti sunt omnes spi-
ritu sancto. et ceperunt loqui varijs
linguis. pro ut spiritus sanctus dabat
eloqui illis. Erant autem in iherusa-
lem habitantes iudei viri religiosi
ex omni natione que sub celo est. Fa-
cta autem hac voce conuenit multi-
tudo. et mente confusa est quoniam audie-
bat unusquisque lingua sua illos loquen-
tes. Stupebant autem omnes. et miraba-
tur adinuicem dicentes. Nonne ecce
isti qui loquuntur galilei sunt. et quo-
modo nos audiuimus unusquisque no-
straz in qua nati sumus. ibarchi. et me-
di. et elamite. et qui habitant mesopo-
tamiam. iudeam. et capadociam. pon-
tum. et asiam. et phrigiam. et pamphi-
liam. egiptum. et partes lybie que est
circa syrenen. et aduene romani. iudi
quoque. et proseliti cretes. et arabes. Au-
diuimus eos loquentes nostris lin-
guis magnalia dei.

Euangelium Johannis. xiiij.

In illo tempore **D**i-
xit ihesus discipulis suis
Si quis diligit me sermo-
nem meum seruabit. Et pater meus
diligit eum. et ad eum veniemus. et
mansionem apud eum faciemus.
Qui non diligit me sermones meos

leptuagesimalquartus

non seruat. Et sermonem quem au-
distis non est meus. sed eius qui mi-
sit me pater. hec locutus sum vobis
apud vos manens. Iherarchus autem
spiritus sanctus quem mittet pater in
nomine meo ille docebit vos omnia.
et suggeret vobis omnia quecumque vi-
xero vobis. Iherarchem relinquo vobis.
pacem meam do vobis. Non quomo-
do mundus dat ego do vobis. Non
turbabitur cor vestrum neque formidus.
Audiistis quia ego dixi vobis. vado
et venio ad vos. Si diligeretis me
gauderetis utique. quia vado ad patrem
quia pater maior me est. Et nunc di-
xi vobis priusquam fiat. ut cum factum
fuerit credatis. Nam non multa lo-
quar vobiscum. Venit enim princeps
huius mundi. et in me non habet quic-
quam. Sed ut cognoscat mundus.
quia ego diligo patrem. et sicut man-
datum dedit mihi pater sic facio.

In festo penthecostes

Sermo leptuagesimusquartus

O excelso misit ignem
in ossibus meis. et erudiuit
me. etc. Tremorum. i. hodie
cristus transmisit donum excellentissi-
mum sponse sue ecclesie. scilicet spiritum para-
clitum quem mundus non potest ac-
cipere. quia imundus. tamen namque donum
non decuit eum tribuere in tempore
passibilitatis sue. sed in tempore glorie
postquam coronatus fuit a patre gloria
et honore. ut tanquam rex in sua corona
etone diuersa dona distribueret fami-
lie sue. Unde ecclesia in verbis istis
in voce laudis et gratiarum actionis
declarat. Qualitatem suscepti mune-
ris. unde vbi. et ad quid fuerit trans-